Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.

Wien, 1794 Seite 2663

Quelle:
Copyright:

eſt in ſanguinem. Iſta eccleſia iam ſkrwawila ſie (inquinavit ſe ſanguine) *iſtis annis. Pape dant excommunicationes mordy poſobili*, (caedes patrarunt) *cruces ſanctificabant ſuper fideles, dicentes, quod qui ſe in ſanguine eorum lauabit erit purus a peccato et a pena. Haba ſkrwawila ſie iam eccleſia moderna.* Quo manifeſte petitur Cruciata *Martini* V. a 1420. in *Sileſia* et *Bohemia* promulgata.

DCXCIX.

501 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 184. 4. currente calamo ſcriptus, rubricisque enotatus et quondam *Wenceslai Roſſii*

Roſſo wyday pocziet z wladarzſtwi ſwebo
Yaks v ziwal Aurzadu kniezſtwi twebo. 1516.

Quaſi diceret: *Roſſi! redde rationem villicationis tuae; Quomodo uſus es officio Sacerdotii tui?* Sed ad *Codicem.* Continet ille: I. ut in Calce adpellatur, *Summam ſuper Epiſtolas et Euangelia tocius anni per diſtincciones dominicis diebus*, ſive Materias, quas vocant, praedicabiles initio ducto a prima Dominica *Adventus*, hoc tenore: *Abiciamus opera tenebrarum &c. Hodie tempus quoddam inchoamus. quod adventum domini appellamus* &c. Atque deinceps Oratori ſacro multiplex pro quovis Sermone ſubpeditatur Partitio dicendorum. Meminerit Lector ſupra adfirmatum a *Roſſio:* eundem *Boemum* et *Commentarii in Apocalypſin* et horum, ut vocat, *Sermonum* Autorem eſſe. Commentarium illum dedimus *Cod.* CXXIV. vidimusque finitum *prage anno domini 1411. per manus Andree.* Iam vero ad calcem praeſentis *Summae* habetur *eerdnA*, quod ἀναποδίζοντι legendum *Andree.* Quamvis itaque ibi το *per manus* ad Librarium potius ducat quam ad Autorem, cum tamen hic *Andreae* abſolute ponatur et accedat *Roſſii* teſtimonium, jam non invitus utrumque Opus *Andreae de Broda* celebri Theologo dederim, dum Codices alii certiora docuerint.

II. *fol.* 118. *Carmina* memorialia de variis Fidei Morumque capitibus, puta: De Decem Plagis Aegypti, de Circumſtantiis

Sacerdotis hanc ejus notam praefert: *Quis fecit in Appokalipſim Opus Arduum, ille fecit Sermones iſtos Boemus: et ſunt Roſſonis De Crudim Ad cuius manus venerunt Anno 1533. in Opidulo Cziernnowit Trans montes Swim.* Confirmat iſtud altera ad *Codicis* finem nota: *Ad manus wenceslai peruenit libellus Anno 1533. Sacerdocij ſui 16.* ſed addit: *In Voticz ſcripſit ſabbato ante Viti.* Cum hic anni 16. Sacerdotii ſui meminerit, non poſſum omittere *Rhythmum*, quem ſibi Vir pius, dum Sacerdotium ſuſciperet, occinuit et poſtea huic ipſi *Codici* ad *fol.* 90. adſcripſit:

Pec-